



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 255. Et velum templi scissum est medium. v. 45.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

§. 255. Et velum templi scissum est medium. v. 45.

Duplex velum erat in templo iudaico, unum anterius, alterum posterius, quo maxime obtegebatur atrium illud venerabile, quod sanctum Sanctorum dicebatur, in quo erat arca Dei & propitiatorum quod quidem velum eo tempore scilicet in Christi morte scissum est, ut intellegent tam Iudei quam Christi fideles, quae in templo eius mysterio praedicta erant, iam esse referata, & antea permissa, abolenda esse legis veteris. Sacra menta, nec amplius umbris & figuris obtegenda, sed synagogam in Ecclesiam transmigraturam, & quod tabernaculo nunc amittente statum propria lata esset via Sanctorum, & ingressus pateret ad Caelum, Christo referante, & praevidente per sanguinem suum, & introeunte, jamque seruum divinarum arcana omnia summa ac imma pateficeri.

SE d' quid mirum templi velum scindi medium quando vivum Christi templum ipso exspirante soluitur! Gratias tibi sacerdos magne aequo animarum nostrarum Pontifex Christe: ita si quidem per te velum hoc scissum est ut te per Corpus tuum tanquam per apertum iam velum, sequentes in aeternum celi tabernaculum introeamus. Et ut amoto iam velamine, quod super Moysi facie, eiusque volumine, sed potissimum super corda parentum nostrorum positum erat, usque ad interiora velaminis, etiam viscera misericordiae intuendo, penetremus: sperantes quod aliquando in sancto Sanctorum, revelata te facie ad faciem contemplabitur, vidento te sicuti es.

§. 256. Et clamans voce magna Iesus ait. v. 46.

Iure clamat ut aspiciamus in aucto rem vitæ, & consideremus novissima eius, infra genitores cordibus nostris verba mysteriorum eius, verba testamenti, ultima, nobisque salutaria: clamat ut audiamus, ut attendamus, ut corde percipiamus, & bene & saepè ruminemus: clamat tanquam ad surdos ut lectionem eius bene percipiamus ultimam, quam ex cathedra Crucis nobis legit: clamat tandem ut illa sua terribili voce infernus prædam dimittat, quam per tot retro saecula tenacissime in fauibus suis tenebat: si enim Dominus in Lazari morte clamavit quando eius anima ab inferni dentibus extraxit: quanto majori voce congruum erat clamare, ut infernus valido illo clamore deterritus vinclatos quos in lacu tenebat, liberos permitteret.

Do-